eius videlicꝫ natiuitatē de virgine ꝙ mortuos ſuſcitauit. et ſimilia.

¶ Bene dixi cantate Quoniā ipſe xp̄us magnꝰ in potentia dominꝰ oīm. et laudabilis in bonitate. et ħ nimis q̄ȝ nullꝰ poteſt explicare q̄nta ſit eiꝰ bonitas miſericordia ⁊ potentia. terribilis demonibꝰ qui pro dijs colebantur a gentibus. vnde ſequitur.

Quoniam omēs dij gentiū demonia ſunt. iſte aūt dominus cui cantādū eſt celos fecit et materiales et ſpūales. ſ. angelos et ſanctos viros

¶ Propheta de vtilitate cantantiū dō ſubdens dicit. inde eſt Confeſſio peccatorūȝ et pulcritudo multarū virtutū vñ cōfitendo fit homo pulcer. ſi ergo amas pulcritudinem confitere vt ſic ſis pulcer. i. iuſtus in conſpectu eius inde etiā eſt ſanctimonia aīe magnificentia operꝫ. que tñ nō niſi in ſanctificatōe eiꝰ. i. ipō ſanctificante et donante fiunt.

¶ O patrie o familie gentiū iā ad xp̄m conuerſarum afferte domino pro tanto beneficio gloriam et honorem in ſecreto et in publico et ita conuerſemini vt in vobis glorificetur nomē eiꝰ.

¶ Tollite hoſtias voſmetipos corde cōtritos et humiles et introite ī atria eccleſie militantis. et ſic nō intrabitis vacui adorate dominum in eccleſia ſancta catholica. que eſt vniuerſale atriūȝ eius.

¶ Omnes habitantes terram. id ē. amatores ſeculi cōmoueantur coram chriſto motu timoris ac reuerētie cuius cauſa ſubditur. et vos iam conuerſi dicite et predicate in gentibꝰ quia dominuſ ieſus chriſtus regnauit. id eſt regnū ſup omnē creaturā accepit in ſua reſurrectione et aſcenſione

¶ Hoc patet quoniam ipſe Correxit orbem terre ab errore idolatrie. q̄ a tp̄e predicationis xp̄i et apoſtolorūȝ cepit ceſſare qui non commouebitur ex toto a veritate fidei xp̄iane quantūcūqꝫ tribulatiōnibus impellatur. non autem tantum predicate ꝙ dominus regnauit ſed etiam ꝙ iudicabit populos in equitate ſine acceptione perſonarū reddens vnicuiqꝫ pro merito

¶ Pro hac equitate iudicij in quo remunerabuntur boni. Letentur celi. id ē. ſancti ſuperiores. et exultent humiliores ſancti. moueatur ſeculum ad gaudium a minimo vſqꝫ ad maximum gaudebunt humiles et mites et omēs virtutes eorꝫ in ſpe future felicitatis.

¶ Tunc. ſ. poſt ꝯuerſionem exultabūt omnes gentes conuerſe ad chriſtū q̄ prius erant ligna ſiluarum inculta et infructuoſa. a facie domini quia venit. in p̄mo aduentu ad redimendūȝ. et quia venit in ſecundo aduentu ad iudicādū omnes habitantes terram.

¶ Qui Iudicabit orbēȝ terre ī equitate ſingulis reddens pro meritis et populos in veritate ſua. id eſt. ſm ꝙ vnuſquiſqꝫ eorum veritatem ſibi cōmiſſam diſpenſauit.

¶ Pſalmuſ. XCVI. in quo monet ad exultationem. quia

Dominus Ieſus chriſtus regnauit regnum et dominiūȝ in ſua reſurrectione accipiēs ſup omnia creata exultent habitantes in terra quia per reſurrectionem et aſcenſionem prebuit alijs ingreſſum ad gloriam letentur etiam eadem cauſa inſule multe in quibus propagata eſt fides xp̄iana

¶ Propheta deſcribens qualiter ſit venturus ad iudicium dicit. quando venturꝰ eſt ad iudicium filius dei veniet in Nube cū poteſtate magna et maieſtate q̄ ꝓpter eius incōprehenſibilitatem dicitur caligo et correctio orbis procedens ex ſede. id eſt poteſtate iudiciaria eius erit iuſta et recta et irreuocabilis.

¶ Ignis conflagrationis ante ipſum precedet qui data ſententia iudicis inuoluet reprobos et ſic detrudentur in infernum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Eruntante iudicium Fulgura terri‑
bilia per totum orbem . que viden‑
tes homines habitantes in terra
commouebuntur. commotōe timo‑
ris.

Tunc etiam erūt terremot⁹ maximi vt
Montes ruant ſicut cera a facie
ignis et oīs terra alteretur et hoc
poteſtate diuina.

Per ſigna manifeſta et miracu‑
la apparentia in celo manifeſtabi‑
tur q̄ propinquus ſit aduentus iu‑
dicis. et vident omnes populi glo‑
riam eius. que viſio erit terribilis repro‑
bis. et delectabilis electis vnde ſequit.

Confundentur omnes ydolatre
qui creaturis exhibent cultum ſoli deo de‑
bitū. et qui gloriantur in ſimulacris
ſuis que omnia vana ſunt nec adoranda
ſed ſolus deus quem angeli adorant. vnde
ſequitur.

Adorate eum ſcʒ chriſtum omnes
angeli eius adoratione latrie quia eſt ve‑
rus deus audiuit eccleſia per predica‑
tionem chriſti et apoſtolorum q̄ futurū eſt
iudiciū letata eſt q͛ materia exultatōnis
eſt pro electis.

Et exultabunt anime fideles et
electe propter hoc q̄ iudicia tua
domine iuſta et recta ſunt et ſancta quia
non es pſonaꝝ acceptor et omēs recipis q̄
ad te veniunt.

Merito tibi tunc cuncta ſubijcientur
Quoniam tu dominus altiſſimus
quo altius cogitari non poteſt valde ex‑
altatus es ſuper angelos et hoīes
ſanctos qui a te gratia tua deificantur

Hinc Qui diligitis dominuʒ odi‑
te malum culpe quod opponitur dilecti‑
oni diuine nolite dubitare quoniam poſſi‑
tis vitare malum culpe. quoniam cuſto‑
dit dominus animas ſanctoꝝ ſuo‑
rum qui in tribulationibus et temptatio‑
nibus toto corde ad eius auxilium confu‑
gerint de poteſtate demonis libera‑
bit eos.

Nolite timere perdere hoc auxiliū. quo‑
niam Lux diuine gratie orta eſt preſto
eſt iuſto et rectis corde leticia. quia
hactenus peccatorū tenebris obcecati. nūc
autem recti corde effecti domino famulan‑
tur.

Ergo vos Juſti letamini in domi‑
no leticia deuotionis laudate eum gra‑
tias agentes quia cum eſſetis pec‑
catoreſ memor fuit vt vos ſanctifi‑
caret.

Pſalm⁹. XCVII. in quo monet
ad gaudiū et exultationem.

Vox prophete.

Cantate domino

Jeſu chriſto canticum nouū
noua res nouum habeat cantu‑
cum q̄ filius dei factus eſt homo in cuius
ortu nouū cāticū cantauerūt angeli q͛ nun‑
q̄ʒ mundus tale audiuit. quia mirabilia
fecit naſcendo de virgine. cecos illuminā‑
do. mortuos ſuſcitando et ſimilia.

Inter q̄ mirabilia h̄ fecit inſigne q̄ ipſe q̄
Brachium et dextera eſt patris ſa‑
lutē fecit in genere humano ad glo‑
riam patris et ſui.

Quem deus pater Notum fecit to‑
ti orbi filium ſuū quando eum incarna‑
ri miſit pro ſalute omnium et non tantū in
iudea ſed in conſpectu omnium gen‑
tium notum fecit per predicatōeʒ apo‑
ſtoloꝝ et diſcipłoꝝ ipſū xp̄m iuſtificā‑
tem et ſanctificantem nos.

Vere in h̄ Recordatus eſt de⁹ pa‑
ter miſericordie ſue quaʒ ꝓmiſit ſe fa‑
cturuʒ patribus per prophetas et verita‑
tis ſue quā implebit populo qui videt
hic deū per fidem.

Viderunt omēs homines a ter‑
mino terre vſqʒ ad terminuʒ oculis
fidei dominuʒ ieſum xp̄m per quē
eſt ſalus omniū.

Et q͛ recordatus eſt miſcdie ſue et alia
nobis ſalutaria fecit Jubilate deo ī gra‑
tiaꝝ actione omnes de omnib⁹ terre
partib⁹. q͛ omnib⁹ natus ē xp̄s cātate in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf